

Usus : Hæmorrhœæ et Blennorrhœæ rebelles , aliive morbi à solidorum debilitate oriundi ( H. SMITH ).

Dosis : Grana decem — quindecim.

---

### SCUTUM STOMACHICUM.

R. Electuarii Theriacalis uncias duas.

Nucis Myristicæ moschatæ pulv. ( vel  
Olei Nucis Myristicæ moschatæ ex-  
pressi ) drachmas duas.

Mixta super alutam extende.

Usus : Cardialgia ; singultus aut vomitus  
rebellis.

NB. Dum siccatur , vino albo generoso  
irroretur.

---

### SERUM LACTIS ACETOSUM.

R. Lactis vaccini ,

Aquaæ , ana libras duas.

Expone igni ut ebulliant ; dein adde  
Aceti unciam unam semis.

Cola.

Dosis : Unciae quatuor — octo.

Si , loco Aceti , adduntur Vini albi  
aciduli unciæ sex—octo , habetur :

## S E R U M   L A C T I S   V I N O S U M .

## S E R U M   L A C T I S   T E M P E R A N S .

Vulgo : *Serum Lactis Tamarindinatum.*

R. Fructus Amlicæ Indicæ ( vulgo fructus  
Tamarindorum ) uncias duas.

Lactis vaccini libras duas.

Coque ut fiat coagulum ; dein cola.

V I R T U S : Grate acidula ; refrigerans ; aestum  
sanguinis temperans ; leniter cathartica.

## S E R U M   A N T I S C O R B U T I C U M .

R. Lactis recentis libram unam.

Succi antiscorbutici uncias quatuor.

Coque ut fiat coagulum ; dein cola.

## S E R U M   S I N A P I N U M .

R. Seminum Sinapis nigræ pulv. unciam  
unam.

Terendo successive affunde

Lactis vaccini libram unam.

Dein adde

Vini Rhenani ( vel Aceti ) quantum  
satis,

Ut coquendo fiat coagulum ; dein cola.

**Usus :** Arthrodynia ; podagra ; paralysis ;  
morbi viscerum pituitosi.

**Dosis :** Libra semis , omni nocte.

---

### SINAPISMUS.

**N.** Farinæ Tritici ( vel Secalis ),

Seminum Sinapis nigræ pulv. ana un-  
cias duas.

Aceti quantum satis ,

Ut fiat pasta pedibus applicanda.

**Usus :** Paralysis ; cephalalgia aut delirum  
febrile.

---